ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PEB 961

Ijsewijn

Lovanio, 6 maggio 1968

Curia Generalizia - Roma

77

KATHOLIEKE UNIVERSITEIT
TE LEUVEN

Lovanii, 6 V 1968

COMO

Carissime Pater,

De sumptibus factis ut tibi res quaedam Wellerianae mitterentur in usum discipuli tui nihil cures. Solvit expensa seminarium philologiae humanisticae universitatis nostrae, quod ad res huiusmodi modestas quasdam annuasque facultates habet. Id tantum oro ut si aliquando scriptum de Wellero typis vulgabitur, exemplar bibliothecae seminarii tradatur.

Ceterum bene valemus. Pro tempore autem dies omnes impenduntur in pericula scholastica a studiosis nostris ante anni academici finem subeunda. Oramus Deum ut placidam tibi det aestatem.

Salutant te Anna et Elsula filiolae,
Antonidus filiolus, uxor et
qui scripsit,

tuus